Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Samaritanus christianus - Cod. Schwarzach 18

Rauber, Placidus

[St. Blasien], [1633]

Vorwort

urn:nbn:de:bsz:31-227164

Visual Library

Ad Benevolum Lectorem.

Animo humano saepe, mi Lector! ut corpori nrô mille accidunt aegritudines. Tria sunt potissimum, si corpus male valet, quae morbum augent et confirmant ad interitum nrm. Primum; Si periti Medici copiam habere non possumus. 2dum. Si ~~medicos~~ habemus, sed morbum et vulnera ex stulta et perniciosa verecundia tegimus, et non manifestamus. 3tium. Si non credimus Medicum affectum nrum intelligere, sed ipsi et medijs diffidimus, et à praescriptis de quorum effectu et virtute nihil vel parum scimus longius discedimus. Totidem, Anima nra si laborat, faciunt ut pené pereamus. 1mum Si Samaritanum, peritum scilicet Confessarium aut doctor, non facilé reperimus. 2dum. Quia saepé Animi nri affectus, morbos, vulnera, scrupulos, tentationes, vitia, verecundamur

XIII

aperire et consilium quaerere, et ab ipsis peritissi-
mis Confessarijs, seu alijs Doctoribus. Sed malumus
interire, quam videri qui simus, ut adiuvemur.
3tium Non credimus semper, Scrupulosi praesertim
et graviter tentati, vulnera animae nrae, ut ea
nos ipsi in nobis scimus et sentimus, ita bene et
aperte à Samaritano nro, per nos ipsos licet
consilij quaerendi causâ, vel aliâs in ipso sacrae
Confessionis foro manifestata, cognosci et intelligi.
Media deinde tantae virtutis et efficaciae non
credimus, quare praescripta repudiamus, et
sic miserè deperimus. His ego malis amputa[ndis]
Herculis hic ~~fero~~ fero. Ne quaeraris, 1mo Medicum
scilicet ad voluntatem tuam et necessitatem non esse,
Samaritanum, huius scientiae, peritiam,
praxin, cum primo medicamenta in altero libello
scripsi. ut ipse tibi Medicus et Salvator esse
queas. 2do Ut verecundiae tuae consulam;
Vulnera et morbos et circa hos, scrupulos et hinc
inde dubia, pando. Ipse legere et quaerere
remedium potes: non erubesces ad loquelam chartae.

Ad benevolum Lectorem.

Impossibile erit, ut n' ē brevẽ hũ ægritudinē
deprahendas. 3tio Ut ingentē confidentiā
certā et securam de valentibus medicinis
habeas, Remedia ipsa ad numerum quælibet,
cuilibet morbo affero; elogia, Virtutes, effectus
practicos, rationibus, autoritatibus, Exemplis
et historijs demonstro. Ex instituto in commen-
dandis remedijs sum prolixior, Laconismum imitari
potuissem, nolui. Narro exempla, historias ad
rem fermè propositā, ideò ut abundè satisfaciā
et quē nulla movet ratio, moveatur exemplo et
facto; Iterum, ut maiori cum delectatiōe et invitum
aliàs detineā et delectē, pellamq vel sic impor-
tunissimas in pluribus muscas. Utere ~~ne~~ ergo
mi lector, et fruere; sed hoc à me audi et observa.
Si sanus es, lege ut sanus manere possis, ne ægrescas,
si æger es, ut benè saneris. VALE. VIVE.